



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

51. Inter multiplices &c. Canonizatio S. Pii V. Pontificis Maximi, ex Ordine  
Fratrum Prædicatorum, illiusque in Sanctorum numerum relatio.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

Loco  $\ddagger$  Plumbi.

A. Mire.

I. P. Paloccius,  
Hieronymus Bertus Pro-Sigillator.

L.

## C O N S T I T U T I O

Qua Superioribus, & Monachis Ordinis Carthusien. sub pœnâ excommunicationis latæ Sententiae Romano Pontifici reservata interdictatur, ne cuicunque personæ, etiam Cardinali, in Monasteriis ejusdem Ordinis carnis vesci permittant.

## C L E M E N S P A P A X I .

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**E**X injuncto Nobis cælitus Apostolicæ Servitutis munere in eam præcipue curam solliciti studiis incumbimus, ut regularem observantiam, religiosamque tranquillitatem inter Religiosos Viros, qui à seculi turbis longè remoti vota sua Altissimo, mente quietâ, & ad Deum per contemplationis sublimitatem, atque suavitatem reddere student, quantum Nobis ex alto conceditur, tueri, atque conservare sataganus. Supplicationibus itaque Dilecti filii nostri Annibal S. R. E. Diaconi Cardinalis Albani nuncupati nostri secundum carnem ex Fratre germano Nepotis, Ordinis Carthusien. apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris Nobis super hoc humiliter porrexi inclinati, ne de cætero quispiam Monasteriorum dicitur Ordinis Superior, vel alius ejusdem Ordinis Monachus, five alia quælibet Persona, quemcumque five Ecclesiasticum sacerdotalem, vel regularem quâvis mundanâ, vel Ecclesiastice præeminentiâ, potestate, vel dignitate, etiam Cardinalitiâ, fungentem carnis in Monasteriis Ordinis hujusmodi adversus illius antiquam, & laudabilem consuetudinem, five publicè, five secreto, & vesci permettere audeat quovis modo, seu præsumat, sub excommunicationis latæ Sententiae, à quâ nemo, nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, absolutiois beneficium, præterquam in mortis articulo constitutus, obtinere queat, aliisque per Statuta memoriati Ordinis autoritate Apostolicâ confirmata inflicti pœnis eo ipso absque alia declaratione incurreris, dictâ authoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus. Decerentes eadem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existeri, & fore, suoq[ue] plenarios, & integrlos effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconsulte observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam canicularum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, aliosve quolibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuiilibet quâvis aliæ judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecis super his à quoquam quâvis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio moderno Priori Generali dicti Ordinis harum serie committimus, & mandamus, ut ipsas præsentes literas in omnibus, & singulis Ordinis prædicti Provinciis, & Monasteriis quamprimum publicari curet, ne quispiam illarum ignorantiam allegare possit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus

Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Monasteriorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus, omnibus, & singulis illorum tenores, præsentiis pro plenâ, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, & expesce derogamus, cæterisque contraria quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu aliquâ Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutâ munitis eadem prorbus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Roma apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 11. Maii MDCCXII. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

F. Oliverius.

ANNO  
1712.

## C A N O N I Z A T I O

L.I.

S. PII QUINTI PONTIFICIS MAXIMI  
Ex Ordine Fratrum Prædicatorum, illiusque in Sanctorum numerum relatio.

## C L E M E N S E P I S C O P U S

## S E R V U S S E R V O R U M D E I .

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**I**Nter multiplices tribulationes, quæ in viserunt nos, nimis Clementissimus Deus, qui non continet in irâ misericordias suas, visitavit Populum suum in pace, & de cœlestium charismatum abundantia, quibus locupletavit Electos suos, velut ab ubertate domus suæ, replevit Nos gaudio, atque in tantis periculis constitutos novis subsiditis instruxit, & confirmavit. Enimvero egregia Sanctorum Vitorum facinora, tametq[ue] magna Dei potissimum, ejusque potentiam loquuntur, & prædicent, qui ex humana naturæ figmento vali misericordie constare dignatur, ut per infirma Mundi fortia quaque confundant; ipsa tamen immensa Dei bonitas, artifex ad salutem, in paucorum triumphis plurimorum commodis prospicit, & virtutem præcedentium instrutionem efficit posteriorum: ut nimis, qui viderint fragiles homines, eadē generis infirmitate circumdatos, in carne supra carnem vixisse, & per fidem operantes justitiam, adeptos esse reprobationes, pari Religionis ardore excitentur ad pugnam, ac nitantur ad coronam; Eorumque intuentes exitum conversationis, imitantur, & fidem; Simul etiam ne quis certantibus diffidant torpor obrepat, in ipsis Servorum suorum operibus in quibus proponit imitationis exemplum, imbecillitati nostrâ præsidium parat, eorumque merita nostra vult esse suffragia. Tantas profectio sui in nos amoris divitias uberrimè effudit Dominus, cum dedit nobis de Pii V. Romani Pontificis Prædecessoris nostri virtutibus, ac meritis letari, & exultare. Cui enim dedit Sacerdotium Magnum, ut haberet laudem in nomine ipsius, & quem induit virtute ex alto, ut præliaret prælia Domini, & virtute irrumperet iniuriantes, factus in columnam ferream, & in murum æreum pro domo Dei; eundem etiam translatum de hoc sæculo, & signis admirabilis.

Procemium.

Inter praeſtum temporum calamitatem gaudet Pontifex B. Pius Sanctorum factis adscribere, illiusque virtutes omniibus Epilcopis imitandas proponere.

B. Pius anno 1504. de nobili Proſapia oritur, & Michael in baptismo appellatur.

Decimo quarto etatis anno Ordinem Praedicatorum ingreditur.

Lectoris, Prioris, & Definitoris muneribus functus zelo adversus haereticos ita emicat.

bilibus illustratum posuit in lucem, ac laetitiam Populi sui, quem provocaret exemplis, ac foveret auxiliis.

§. 1. Nos igitur, quos in hac sublimi Apostolatus specula constituit Dominus, ut annunciemus Populis mirabilia ejus, atque ad currēdā viam mandatorum ipsius, Christifideliū animos excitemus, officii nostri esse duximus, ut eundem Pium Quintum, quem Nos divinā fruentem in Cœlis Beatiatampidē colebamus, in terris etiam, authoritate Nobis à Domino traditā, Sanctorum factis ſolempter adſcriberemus; atque ita universa Christi Ecclesia, inter pia gaudia Deum prædicaret mirabiliter in Sanctis suis, tantaque pietatis incitamento, ac tñtelā proficeret. Neque enim sine peculiari divina Providentia confilio contigisse arbitramur, ut eo plāne tempore, quo Orthodoxæ Religioni tot ab ejus hostibus undeque struuntur iſidie: quo Sacrorum Canonum ſalutaris norma tam impudenter contemnit: quo turbulenti homines continuā novitatum prurigine laborantes damnatos dudum errores ſaboldis artibus instaurant concurrit: quo abundante nequitia Christiani Populi charitas plurimum refrigerat: quo ſeculi Potestates nova in dies vulnera Ecclesiastica libertati inferre moluntur: quod demum ſuprema haec Beati Petri Sedes tot contumelias, & injurijs palam afficitur: Is Pontifex in Sanctorum album referetur, adeoque Noſtræ non minus, quam Episcoporum omnium imitationi proponeretur, in quo fuit Religionis propaganda perpetuum ſtudium, in Ecclesiastica disciplinā reſtituendā indeſcens labor, in extirpandis erroribus affida vigilancia, in ſublevandis egentium necessitatibus indeſcens beneficentia, in Sedi Apostolica juriſbus vindicandis robur invictum. Sed præstat jam his noſtri literis virtutum ipsius, vitæque rationem enucleat referre, ut tantorum meritorum memoria Apostolici etiam Ministerii noſtri præconio, ac testimonio propagetur.

§. 2. Gens Ghifileria perantiquā, & generoſa nobilitate Bononiae illuſtris, atque Ordini Senatorio adscripta, civilium diſſidiōrum cauſā in variis Italie Regioneſ distracta, in Oppido Bolchi Dertoneſis Diocesis apud Inſubres ſedem, ac domicilium poſuit; Ubi licet avito fortunaru[m] ſplendore exuta, reique familiaris difficultate depreſſa, non ultimum tamen locum inter ceteras honeſtiores Familias retinens, anno reparata ſalutis MDIV. Paulo Ghifilerio, & Dominicā Augeri parentibus, Michaelen, qui ad Apostolicam deinde Cathedram evectus Pius Quintus eſt appellatus, in lucem protulit.

§. 3. Sacro regenerationis lavacro Cœlo renatuſ, generofus Alumnus, ac piā, Christianāque educatione imbutus, futura Sanctitatis præludia ab ipſa edidit adolescentiā; Nam ſtatiū ac quantum ſupra decimum etatiū annum attigit, Mundo, ſaculique illecebris valē dicens, Fratrum Praedicatorum Instituto nomen dedit, præclara illius Ordinis decora, ac potiſſimum eximia in hanc Sanctam ſedem merita plurimum auſturus. Hic enim ille eſt laudatissimus Sancti Dominici Ordo, in quo, ut primū institutus fuit, tamquam in opimo, ac fertili agro, eodemque bene, ac diligenter ſubacto, & excuto, Viri doctrina præstantiā, & vita Sanctitatem confiſciū nunquā aliis ſuccrelſere delierunt.

§. 4. Strenuus itaque in hiſ Caſtris Miles munia ejusdem Ordinis, Lectoris ſcīcet, Prioris, & Definitoris, qua exacta Regularis disciplina obſervantia promeruit, ſumma cum laude obivit, totuſque in eo fuit, ut viva probatotum Patrum exempla ſibi proponeret imitanda; Ratus, & quidem merito, baſim, ac fundamentum Religioſa vita in

affidua ad Deum preicatione, atque in legendis, imitandisque Sanctorum Virorum geſtis, Sancti Domini præfatum, ac eorum, qui Dominicanam familiam Sanctitatis famā illuſtraverant, eſſe collocanda.

§. 5. Cum autem plurima in hoc Viro admirabilis fuerint, principiū ſingulare ſtudium conſervandæ veræ, & Catholicæ Religionis, & aduersus eorum fraudes, & inſidias, qui illam ul̄lā ex parte labefactare conarentur, implacabile odiū ſemper eluxit. Quare apud Novocomenſes primum, deinde apud Bergomates Fidei Quæſitor renunciatus, illis, qui ab Ecclesiā deficiunt, perpetuum bellum indixit; tum, ut errant ipsos in viam ſalutis revocaret, tum, ut cæteros ab erroris contagione fervaret illæſos.

§. 6. Ergo cum ei minus in eos publice inquirendi mandatum fuſſet, non ille potentum inimicitiā, non pericula, non vita, ac capitis dimiſiones, dum illos modis omnibus perſequeretur, ſibi fugiendas putavit; ſed potius ultrō, ac cupido appetit, ſervatoque à Deo mirabiliter non animum Martyrio dicendum, ſed Martyriū animo defuisse. Erat tunc temporis ſuo viuenda Pastore Curienſis Ecclesia apud Rhetios, cui Canonicus quidam, eſi ſuſpecta fidei, ob ſuffragiorum numerum forte preeſciendus erat. Mittitur propterea hujusce Caſa cognitor Beatus Pius; Eaque ad juris normam probè confeſta, Hæreticos criminis reus Canonicus ille declaratus eſt. Pius verò rem hanc totam ita forti animo geſſit, ut numquam Ordinis ſui indumenta etiam per breve tempus exuere voluerit, quanquam eum omnes alieno veſtitu incedere hortarentur, ne oculos Hæreticorum offendere, qui capitale odiū aduersus Dominicanos Fratres proſitebanſt. Negavit id ſe facturum Pius, ſancte testatus ſe quam libentissime, ſi ita Deo viſum fuſſet, ſacra illa veſte indutum mortem oppetitum.

§. 7. Pari ſancte constantiā Bergomensem Civitatem ab Hæreticorum peſte diligenter purgavit; Ubi invicto animo aduersus Medolacum falſa doctrina Propagatorem acerrimè inſtituit, quamvis magnā Amicorum, ac Consanguineorum copiā ſuſſulſt, à quibus ſubinde graves excitatæ ſunt turbe.

§. 8. Id quod præſtit etiam aduersus ejusdem Civitatis Episcopum, cuius profeſio præpotens authoritas eō devenerat inſanit, ut quodſam nefarios homines immitteret, qui integrum Fidei Ministrum vi, dolovē captum maximis cruciatiſibus perimerent. Verū uterque tandem juſe, ac merito Hæreticos damnatus Hæreticorum penas luit. Medolacus enim carceri apud Venetos mancipatus extreſum diem miſerissime clauſit: Episcopus verò ē ſede Episcopali dejectus dignitatem aniliſ.

§. 9. Demum cum in hoc arduo muñere strenue, fideliterque laboraſſet, Supremæ Romanæ Inquisitionis Commiſſarius a fel. record. Paulo Pa- pa IV. Prædeceſſore Nostro declaratus fuit, inde ad Episcopale Neapelina Ecclesiæ regimen aſſumptus, ac ſubinde anno MDLVI. in Sacrum S. R. E. Cardinalium Ordinem cooptatus, eique ſupremi, ac perpetui Inquisitoris Provincia demandata fuit, facta omnibus Episcopis, ac Delegatis juſtione, ut in rebus ad Sanctum Officium pertinentibus ipſum, veluti Superiori agnoluerent.

§. 10. Hanc verò ampliſſimam Dignitatem, qua nēminī unquam, nec anteā, nec poſtea collata fuſit, recolende memoria Pius Papa IV. etiam Prædeceſſor noster, qui memorato Paulo Prædeceſſori in Pontificatu ſuſſerat, Cardinali Alexandriano (hoc nomine Beatus Pius inter Purpuratos Patres nuncupabatur) nēdum confirmavit,

Ut Fidei  
quæſitor a-  
pud Novoco-  
menſes. &  
deinde Berg-  
gomates re-  
nunciat.

Munus ſibi  
comiſſum  
periculis om-  
nibus, etiam  
vita contem-  
ptis, impavi-  
dus, aduersus  
quocumque  
de Fide ſu-  
pceptos eſi  
Magnates, &  
praponen-  
tes, exequi-  
tur.

Bergomen-  
ſem Civita-  
tem ab Hæ-  
reticis pur-  
gat, & falſos  
Dogmaticos  
expellit.

Eiusdem Ci-  
vitatis Epis-  
copus opera  
B. Pii, cui in-  
ſidias parave-  
rat, de hæreſi  
damnatus à  
Sede ejici-  
tur.

Saprem In-  
quiftionis  
Commissa-  
rius decla-  
rat: Ecclefia  
Neapelina  
præficitur:  
Cardinalis  
creat, &  
ſupremus, ac  
perpetuus  
Inquisitor  
efficitur.

Confirmatus  
in perpe-  
tuum. Inqui-  
ſitorem ad  
Neapelina  
ad Ecclesiā  
Montis Ré-  
galis trans-  
fertur.

In Cardinatu modestiam, humilitatem, ceteraque virtutes, & adhuc religiosas vita institutum excusat.

In arduis Religionis negotiis veritentibus in Tridentina Synodo illius censura praecatoris existimatur.

Unanimi Patrum voto in Summum Pontificem renunciatum Ecclesia regimur, imploratoprius divino lumine suscipimus.

Inter Pontificatus curas nihil de pristica religiosa vita severitate intermitit.

Consanguineorum commodo, honoribus & divitiis non indulget.

In aula Pontificia nonnisi probatis simos viros admittit.

Dignitates Ecclesiasticas benemeritis tantum elargitur.

verum etiam illum novis in dies fulgentem meritis à Nepesino Episcopatu ad ampliorem regendam Ecclesiastici Montis Regalis in Subalpinis transfusit.

§. 11. Divina itaque Providentia ad majora vocatus, Sacrae Purpura ornamento cohonestatus, ita modestiam, humilitatem, ceteraque virtutes omnes excoluit, ut illa novo lumine illefracta, & aduicta magis, magisque suspicenda intuentium oculis apparuerint. Pancis enim in famulatu, probisque in primis, adscitis, paterni illos charitate complexus, more Religionis secum secum vitam agere, Deoque inservire verbo docuit, & exemplo.

§. 12. Coacta eà tempestate apud Tridentum Oecumenicā Synodo, cùm ardua ibi Religionis, disciplinique Ecclesiastica negotia tractarentur, illaque Romæ maturo examini in Convento Doctissimorum Virorum subjecerentur; Magni apud omnes ponderis, summoque in pretio fuit Cardinalis Alexandrinus calculus, qui posthabitus sancti rationibus, nihilque sapientis terrene affectionis, Apostolica planè libertate sententiam dicere semper visus fuit, quamquam similitates, & odia sibi patientiā à manu usque ad vespertas, penè quotidie excipiebat.

§. 13. Interē p̄fato Pio IV. Prædecessore rebus humanis exempto, summo omnium Patrum consensu Cardinalis Alexandrinus die XII. Januarii anni MDLXVI. Pontifex Maximus renunciat, assumpto Pii V. nomine, Ecclesia Universalis gubernacula, post fusas Deo ferventissimas preses, non minori Populorum gaudio, quam expectatione suscepit. Nec profectò communem opinionem fecellit; Nam vix supremo fastigio admotus, nil antiquis habuit, quā clementia, ac beneficentia testimonia, & singularia edere documenta, nedum erga illos, qui vel minimum commodi ipsi contulerant, verum etiam in eos, qui de se male meriti fuerant, ut perfectissimam imitaretur charitatem Patris Nostri, qui in Cœlo est.

§. 14. Inter tot, tantaque Apostolici Ministerii curas nunquam à p̄fissimo Pontifice, quamquam affecta aetate, & corpore admodum imbecillo, intermissa jejunia, carnis macerationes, orationum, precationumque frequentia, interdui nunquam posthabita, de nocte verò sapient adauita, quoties pro re Catholicā quidquid magni momenti decernendum accideret. Nihil enim de pristica religiosa vita severitate remiserat, demptisque Principatus Insignis, & externo Dignitatis splendore, in mentis recessu privatum agebat: imd, quamquam adhuc in terrâ positus, versabatur in Cœlo; cumque inter Mortales degredit, jam tamen Civis erat Sanctorum, & Domesticus Dei.

§. 15. Hinc Consanguineos suos non titulis, non divitiis, non honorum gradibus insignitos, ac donatos voluit; sed Michaelm Bonellum suum ex sorore Pronepotem, nonnisi post exactum in Dominicā Familiā tyrocinium, sacrarumque literarum peritiam adeptam, totius Sacri Collegii non approbatione tantum, sed enixa etiam prebibus accidentibus, inter Sancta Romanæ Ecclesiæ Cardinales assumpit.

§. 16. Nemini itera in Aula Pontificia locum dari passus est, nisi cui probata vita ratio illum comparasset; Adeo ut Pontificis Familia ad exemplum Domini sui instituta, atque composta nulla re magis, quam modestia singulari, & præcipua quadam animi, morumque integritate ceteris discerneretur.

§. 17. Nulli apud ipsum ad Ecclesiæ Dignitates aditus patuit, nisi cui merita prudenti judicio expensa ad illas obtinendas viam stravissent, viresque ad eisdem probè exercendas abunde suppeditassent.

§. 18. Flagrans in eo propagandæ Religionis Catholicae desiderium, indefessus pro instauranda Ecclesiastica Disciplina labor, incredibilis, ac quasi perpetua in extirpandis erroribus vigilans, pro tuendis Ecclesiæ Juribus ferreum peccatum, in castigandis corrupti seculi moribus, malorumque hominum licentia, & temeritate duriores renovat Leges, atque excitata Iudiciorum severitas. Contra verò pronā, ac semper inexhausta beneficentiā curavit Subditorum comoda, quorum querelas, supplicesque recursus non modico valetudinis sue dispendio, data cui libet audeundi, fandiisque copiā, prolataque audiendi patientiā à manu usque ad vespertas, penè quotidie excipiebat.

§. 19. Talis demum, ac tantus in eo effusus splendor Virtutum, ut ab ejus Sanctitatis radice illustrati, & Nobilis quidam Anglus, & Ollice Dux, Hebreaque nonnulli ad admirabile Evangelii, Orthodoxæque Fidei lumen libenter accesserint. Quos inter Elias quidam Archifynagogus diuinitis, famaque celebris una cum filiis Vaticano in Templo solemnī Ritu Pii Pontificis manu Sacri Baptismatis beneficium accepit.

§. 20. Quā integratè, quā justitiā, quā equitatē Sancta hujus Sedis regimen, toriusque Catholicae Ecclesiæ procurationem Pius geferit, edita ab eo sanctiones inter alia Romanorum Pontificum Decreta Typis vulgata probe testantur.

§. 21. Quanta protinus ipse fecerit, ut in Gallia, Belgio, Germania, Scotia, Anglia, Poloniæ sarta tecta Catholica Religio conservetur, ac propagaretur, ex luculentis Scriptorum monumentis, ac publicis, omnique fide dignis Historicis colligi potest, adeo ut plenè miraculo proxima sit ingens illa vis pecuniarum, quā omnibus ferè Orbis Christiani partibus inopiat pressis, aut Religionis causā laborantibus, sine ullâ cunctatione subvenit.

§. 22. Cū Galliam omnem Hæresis Calviniana Hugonotorum appellata susquedeque verteret, atque hujus rei causa nonnulla inibi Orthodoxa Religioni parum consentanea in publicum emissa essent Decreta; Tam fortis animo apud Regem Christianissimum institutus Pius, ut illa penitus è publicis Tabulis deleta fuerint, atque abrogata. Tum consilio, pecunia, commateu, ac Militibus in Galliam, Duce Comite Sforzii Sancta Floræ Domino, opportunè transmissis, ita Catholicorum partes adjuvit, ut inficta Hæreticorum Copiis insigni plaga, Regnum Regi, Regno Religionem, verum Deo cultum restituerit.

§. 23. Neque minores in Belgio turbas ad labefactandam Religionem excitaverant Heterodoxi, quibus ne statim cursum retardare Hispaniarum Rex curatis tunc sollemmodo politicis rebus, ac dilato in aliud tempus Religionis negotio, auctores erant Aulicorum Consiliariorum quamplurimi. At Pius Pontifex evertit tam perniciosa consilia, collatique tempestivè pecunia; ac nonnullis inter Italos bellicosis Viris, ut Belgium pro Fide pugnaturi pergerent, persuasis, in cauila fuit, ut quamplurima Albano Duce Belli summam dirigente, de Hæreticis victoria fuerint reportata, exuviaeque, & vexilla perduellum è parietibus Lateranensis Basilicæ, celebris facti monumenta, peperderint.

§. 24. Propè erat, ut Cæsar necessitate compulsus in Austria Archiducatu Hæreticis Augustanæ, ut vocant, Confessionis liberum suæ hæreticos exercitum permetteret, nisi Pius Pontifex misso in Germaniam Cardinali Comendone, pericula Orthodoxa Religionis, quæ jam imminabant, opportunè avertisset.

§. 25. Si.

ANNO  
1712.  
Strenuum, &  
indefessum se  
Catholicae  
Religionis  
Afferentem,  
& Ecclesiasticae  
disciplinae  
Initiatorem exhibet.

Subditorum  
precis etiam  
cum valeudinis incommodo quotidie excipit.

Eius virtutibus, & Sanctitate illustrati plures Hæretici, ac duriores Hæretici ad Evangelii lumen accedunt.

Sanctissimas  
editi leges  
pro Ecclesiæ  
regimine.

Religionis  
Propagator  
& Index  
Christifidelibus  
locorum pro  
confessione  
fidei laborantibus larga manu subvenit.

Hugonotorum  
hæreticorum  
in Gallia; abrogatis  
editicis regis  
ad eorum  
infidagationem  
editis, missisque op-  
portuni sub-  
sidis reperi-  
mit.

Hæreticorum  
Turbas  
in Belgio ad-  
versus Ca-  
tholicos  
conspirantes  
consilio, &  
ope dissipat.

Augustanæ  
Confessionis  
exercitum  
ab Archidu-  
catu Austria  
avertit.

1712.  
Poloniæ Regem Catholicae religiosus perpetuum fore defensorem solemniter jure jurando Regnumque haereticis purgat.

Mariam Stuardam ab Elisabetha Regina mancipata p[ro]lata est Episcopis: Catholicis Germania Principibus periclitantem in Scotia fidem commendat.

Elisabetham ob impia illius geta in Mariam & Religionem Catholicam publice anathematizat, ac Jure Regni privatam declarat.

Insignis victoria contra Turcas in prælio navalium, nedum armis, verum etiam ferventissimis ejus precibus reportatur.

¶. 25. Similiter cum apud Polonus publicis editis mulctati fuissent Antitrinitarii, aliquæ Haeretici: Verum dictæ Confessionis Augustanae, Calvinianæque Hærelos Professoribus in eodem Regno degere effet permisum, Pius apud Regem effecit, ut ille solemnem ac jurejurando firmatam sponzionem ederet, quâ fœle in Religione Catholica ad mortem usque perseveraturum, ac nunquam passurum, vel minimum immuni, immunitarique Romana Fidei dogmata, avitosque Ritus (quidquid contra niterentur Haeretici) sanctæ promitteret. Plurimas è scriptis Michaelis Baii excerptas propositiones, è quibus tanquam errorum fonte, Janfaniæ labes orta in hæc usque tempora derivavit, ac licet à pluribus Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, imò etiam à Nobis sepius confixi, atque proscripta, adhuc tamen latenti propagine reviviscere, virusque contagii effundere non definit, provido, & Ecclesiæ salutari consilio edita sanctione in ipsa origine dannavit.

¶. 26. Hærebat squalore carcerum, Hæretorum dolis, odioque implacabili Elisabethæ prætentæ Reginæ Angliae mancipata cl. me. Maria Stuarda Regina Scotorum, Religiosissima fœmina, resque Catholica in illo Regno lacerata, & undique collisa animum Sanctissimi Pontificis paternæ charitatis stimuli exagitabat: Quare afflictio illo rerum statu explorata, Maria Reginæ constantiam amanissimis, sanctoque zelo refertis epistolis fovere non desit, ac excitare, ut à puritate Fidei, quâ à Parentibus haeretat, & ea tenus illibatam servaverat, nullis se conditionibus divelli pateretur. menteque recoleret longè potiora esse æterna Cœli premia, quâd caduca hæc, & inania terrena dominationis Bona. Eodem verò tempore Catholicos Germania Principes adhortatus est, ut traducitis in Scotiam opportunis auxiliis periclitantem Fidem, ac Religionem validissimè tuerentur. At ubi, per summum scelus Mariæ Reginæ supradictæ Carnificis manu caput absilsum, omnesque Anglii Regni Episcopos à sede sua violenter depulsi cognovit, atrocitate rei commotus impiam Elisabetham flagitorum Servam, uti haereticam, & haeticorum fautorum, horribili anathemate ferire nil cunctatus, à jura fidelitatibus proceres subditos, & populos, dicti Regni perpetuò absolvit, illamque omni, & quocumque ejusdem Regni prætenso jure, dominio, dignitate, ac privilegio privatam Pontificiæ autoritate declaravit.

¶. 27. Verum quos labores suscepit, quot, quantosque sumptus, ac curas impenderit pro Christianâ Republicâ servandâ, propulsandoque à Fidelium servibus Hostie immanissimo, ac potentissimo nemo est, qui ignoret; Cum scilicet Navalii prælio commissio praclararam illam, & post hominum memoriam insignem, maximamque victoriam, Christo Duce quem in vexillo Imperatoriae Triremis elevari jussera, reportavit.

¶. 28. Expugnata siquidem superiori anno Nicosia, Regnoque Cypræ florentissimo (dolentes recordamus, & acerbitate jacturæ adhuc ingemiscimus) in ditionem redacto, secundis rebus elatus Turcarum Tyrannus Selimus, odioque in Christianum nomen, ac insatiabili avaritâ inflammatu, Classem instructissimam comparaverat, quâ Cretam, Coreyram, Zacyntum, orasque omnes maritimæ incendiis, rapinis, miserorumque captivitate fœde populabatur, ipsamque Italiam, & Almam hanc Urbem superbâ spe devo-rabat.

¶. 29. Nemo erat tunc temporis, qui expensis nefarii hostis viribus, & effrenata illius regandi cupiditate, opprobria, ignominia, servi-

tatem, vitæque extrema non expavesceret. Quisque Religiosissima Templa, aræque sanctissimas complexus pro liberis, pro conjugibus, pro fortunis, proque dulci hujus lucis usurâ lacrymans deprecabatur. At verò, in tantâ rerum perturbatione, ac, inveteratâ apud omnes opinione, ferociissimum Hostem Christianorum armis superari non posse, invicta Piæ constantia, inito cum Christianis Principibus sacro Fœdere, ac Classe copiosissimâ instructâ, præliatus est Bella Domini, & in spiritu vcheni Naves Tharsis penitus contrivit, atque delevit.

¶. 30. Nec tanta Victoria nuncium, optatumque rumorem diu exspectavit Sanctissimus Pontifex; defixus quippe oculis in Imagine Redemptoris Nostræ à Cruce pendens, cum anxiis precibus & voce fletu sui solito uberioris, divinam misericordiam exoraret, ne gentibus efferratis haereditatem suam diripiendam relinqueret, sed in brachio excelso Populum suum salvum faceret, in excessu mentis superno lumine illustratus videre meritum Christianæ Classis prosperos eventus illo ipso die, ac eadem horâ quâ feliciter ad Chinadas Insulas pugnatum fuit.

¶. 31. Sed & alia, & fortasse majora ad Religionis incrementum cogitantem Plium, Deo sic disponente, communis necessitas prævenit; Cuius in occursum humilem, constarem, patienteque animum præferens piissimum Senex extremi vi morbi corruptus, acerbissimos dolores tam fortiter toleravit, ut solùm ad Jesu Christi Crucifixi Imaginem dulciter suspirans, hæc sepius ingeminate verba audiri fuerit: Domine auge dolorem, sed & auge patientiam: Mortem autem sibi ab ipso morbi principio certam, atque exploratam ita non exhortuit, ut de eâ sine ullâ prorsus aut vultus, aut animi perturbatione coram Familiaribus suis loqueretur, eamque à s[ecundu]s in lucro ponit, anteaq[ue] vita fiduciâ plene demonstraret. Ceterum quod ex illo morbo sibi pereundum fore divinâ revelatione præcisisset, duas apertas, atque illufres ejus rei significaciones dedit; Unam scilicet, quod Cardinalem Alexandrinum pridie Paracœves, hoc est vigesimo nono ante ipsius obitum die, Sacrosanctam Eucharistiam sibi porrigitem, & usitata verborum formulâ utentem iulit subsistere, & ita verba conciperi, ut in iis tantum sit qui Sanctissimum illud Sacramentum pro Viatico accipiunt, supremum iter, & viam universæ carnis ingressuri. Alteram verò, quod cum aliquâ morbi remissione, depulsum ab eo mortis periculum constans opinio esset, septem præcipua Urbis Tempa invisiere voluit, ejusque itineris quanquam viribus infirmâ valetudine dejecis, magnam partem pedibus confecit; aperte profitens velle se eorum reliquias postremo videre, quorum animas non multo post visurum esse speraret in Cœlo.

¶. 32. Denique vi morbi invalescente, statim ac novissimam appropinquare horam præfensit, Sacrum Christianorum Principum Fœdus Cardinali Alexandro ferventissimè commendavit: Deinde Psalmos Davidicos sibi prælegendos poposcit, lectori mandans illos altâ voce pronuntiare, interpositâ singulis versiculis morâ, ut ipse divina eloqua per aures admissa dulci contemplationis affectu sensim degustaret, sicutenque spiritum irroraret necare suauissimo.

¶. 33. Tandem, cum Historia Passionis Domini Nostræ Jesu Christi ex Evangelio legeretur; manibus in modum Crucis expansis, nullo motu, strepituve edito, suaviter efflavit animam, eamque redditit Creatori.

¶. 34. Maxima, eo defuncto, statim percrebit fama illius Sanctitatis; Cujus nempe desiderium, publicamque jacturam ipsa etiam muta ele-

Superno lu-mine eadem die & hora, qua pugna-tur, felices Victoria hu-jusmodi vi-det eventus.

Majora ad Religionis incremen-tum cogitan-s extre-mo morbo corri-pit mor-temque à se prævi-fam specialibus actibus ostendit.

Imminente obitu Chris-tianorum fœdus Card. Alexandro commendat, & psalterii Davidici pa-culo recreatur.

Passionis Domini misteria my-steriæ con-tempians suaviter ob-dormit in Domino. Maxima fa-ma ejus sancti-taris in ob-i-tu: & publi-ca jactura prodigiis contellata:

Concursus  
Populi Ro-  
mani, & Ad-  
venarum ad  
eius cadaver.

Anno 1621.  
instructis  
pro effibus,  
& examinatis  
tribus Rotæ  
Auditoribus,  
isti referunt,  
constare de  
virtutibus pii  
in gradu he-  
roico, & mi-  
rabilis: Re-  
latio appro-  
babur à Sac-  
Congregatio-  
ne cum duo-  
bus miracu-  
lis postmo-  
dum subfe-  
cutis.

I. Due Im-  
agini B. Pii  
ex papiro u-  
na, altera ex  
tela illeæ à  
vehementi-  
fimo incen-  
dio, quo ce-  
tera confa-  
graverant,  
preservantur

II. Mulier ad  
extrema redi-  
cta per ap-  
plicationem  
Indulsi B. Pii  
instantaneè  
fanatur con-  
tra commune  
Medicorum  
prærogium.

Congregatio-  
nis Judicium  
super præmis-  
sis Pontificio  
decreto con-  
firmatur.

Compilato  
novo proce-  
fū ad normam  
decretorum Urba-  
ni VIII. &  
constituto de  
illorum ob-  
serفاتi,  
assumpto que  
examine lu-  
per miracu-  
lis, & super-  
ventis post  
obitum, due  
ex illis appro-  
bantur.

I. Victoria  
navalis con-  
tra Turcas  
cognitio,  
quam super-  
no lumine  
restivit.

menta Terræ fremitu, fulminibus, Amnumque exundatione testata fuerunt. Quare non Romani Populi solum, verum etiam plurimorum è vicinis Regionibus hominum concursus ad visendum illius cadaver factus est, adeo ut majorem Custodum, Militumque numerum adhibere opus fuerit, ne Populi fervor, qui Beati Cadaveris velles jam violenter sciderat, carnes etiam in frusta distractas secum asportaret.

¶. 35. Agi cœptum de Pio inter Sanos reffendo Anno MDCXXI. cuius rei gratia instructis variis tam Ordinariis quam Apostolicâ authoritate Processibus, fuit, ut mos erat illius temporis, tribus antiquioribus Romana Rotæ Judicibus eodem examinandi demandata facultas, qui lato de hac re judicio, & documentorum authoritatem probarunt, & Virtutem præstantiam heroicum gradum attingisse, necnon Miracula supra communem naturæ usum fuisse patrata dixerunt. Horum Judicio Sacrorum Rituum Congregationis examen superinductum, in quo pariter juridica Actoru[m] validitas, atque in gradu heroicō comprebantur virtutes, simulque duo, quæ subsecuta fuerant, miracula plenē comprobata.

¶. 36. Quorum fuit primum, ab igne penitus illæs remansisse hujus Beati Pontificis duas imagines, ex papiro unam, alteram ex tela confectas in privato Oratorio, seu Sacello Antonii Cordubæ, & Cardona Ducis Sessæ è pariete pendentes, licet ignis ita vehementer per totam adem grallatus fuisset, ut etiam argentea simulacra flammarum vi liquefacta fuerint, lapideumque Altare in formam cocti punicis transferit, ac univera illius ædicula sacra suppellex (dictis dumtaxat duabus Imaginibus, eaque strati Altaris prædicti patre, in quam altera earumdem Imaginum cedidit, exceptis) in favillam, & cinerem redacta fuerit.

¶. 37. Alterum fuit Tiburtiæ Florentinæ Auxiliaria mulieris septuagenaria repentina sanatio. Hæc siquidem acutæ, malignaque febri correpta, aliisque congesis morbis oppresæ, ita ut Medicorum judicio intra trium horum spatiū jam-jam moritura crederetur: Ubi pi Indulsum ægroti corpori devotè applicuit, nulla interposita mora, sanata, & incolamus è lectulo surrexit, vitamque ad multos annos feliciter prostrata.

¶. 38. Fuerunt Pontificio Decreto firmata, tum quæ ad virtutes, tum quæ ad miracula pertinabant, supradictæ Congregationis Judicia; remissio in aliud tempus reliquorum miraculorum, quæ à Causa Postulatoribus proponebantur, examine.

¶. 39. Interè cum piæ mem. Urbanus Papa VIII. pariter Prædecessor Noster super hujusmodi causis quedam nova Decreta edidit, novum condere Processum super non cultu, ac quasdam à Pio exaratas epistolas exhibere necesse fuit. Quibus omnibus impletis, constitit de observantia corundem Decretorum, prout etiam nihil in predictis epistolis contineri, quod pietatem tantæ Pontificis non redoleret: Quamobrem instauratum fuit examen miraculorum, nedum alias reliktorum, imò & ipso Pio vivente patratorum, sed etiam corum, quæ postmodum intermedio tempore asserabantur contingit. Horum duo præcipue in memoratæ Congregatione coram similis Clemente Papa X. etiam Prædecessore Nostro habita omnium calculis admissa, & ab eodem Clemente Prædecessore approbata fuerunt.

¶. 40. Primum fuit divina illa B. Pio immi-  
sa cognitio, quæ ipsa eodem proflus die, eademque horæ quibus navalis, quam supra innuimus, victoria à Christianis reportata fuerat, clarissime illam rescrivit, atque iis, qui secum aderant, pa-  
tefecit; qui, cum mensem, diem, horamque

adnotassent, ubi postea certus de victoria Nun-  
cius advenit, illam, ut Pius ipsi prædixerat, e-  
venisse apertissimè cognoverunt.

¶. 41. Alterum fuit mira quadam, ac per-  
ampla triticea farinæ multiplicati, quæ contigit in Monasterio Monialium S. Dominicæ apud Pra-  
tum in Hertruria.

¶. 42. His itaque duobus miraculis, sicut  
præmittitur, admissis, cum subinde eadem Con-  
gregatio, ipso Clemente Prædecessore approban-  
te, censuisset, Servum Dei Pium V. Beatorum  
Cathalogi adscribi posse, nec non Officium, ac  
Missam in ejus honorem concedi, idem Clemens  
Prædecessor Anno 1672. Pium V. prædictum Bea-  
ti nomine nuncupari, ejus Corpus, & Reliquias  
veneratione Fidelium exponi, & aliquibus in locis  
de eo Officium recitari, Missamque de Confesse-  
re Pontifice juxta Rubricas Breviarii, & Missalis  
Romani celebrari possa indulxit.

¶. 43. Porro rea sumptu denuo Causa, ex-  
pedicitive Remissorialibus, ac Compulsorialibus  
Literis, ut quæ post venerationem eadem Beato  
Pio, sicut præmittitur, induxit supervenerant,  
ritè probarentur, novi Processus efformati fuerunt;  
quorum diligenter perspensæ, & deinde admissa  
validitate ab eadem Sacrorum Rituum Congrega-  
tionis, illius sententiā approbavimus.

¶. 44. Firmatæ Actorum validitatē, suum fu-  
bit examen eorundem relevantia; adeoque duo  
de novo superventa miracula in ipsa Congrega-  
tione coram Nobis habita diligenter expensa, &  
ab eā approbata fuerunt.

¶. 45. Primum fuit de Margarita Massa de-  
cenni Puellæ paralysi diuturnâ in coxis, & cruri-  
bus laborante, statim, & incontinenti pristinæ fa-  
nitati restituta.

¶. 46. Alterum de instantaneâ emissione foetus  
materno in utero à pluribus diebus jam mortui,  
absque ullo Isabellæ Ricciæ Genitricis parientis  
dolore editi cum ipsius Genitricis præservatione  
ab evidenti mortis periculo.

¶. 47. Auditis tamen desuper tam Cardina-  
lium, quam Consultorum prefata Congregationis  
suffragiis, nihil tunc fuit à Nobis definitum,  
ut in re tantum momenti Divinum prius de more  
imploraremus auxilium.

¶. 48. Quod cùm à Nobis peractum fuisset,  
Nos pariter duo hæc postrema miracula approba-  
vimus. Deinde habita iterum coram Nobis Ge-  
nerali Congregatione supradicta, fuit in delibera-  
tione positum: *Ab tuò ad solemnum Canoniza-  
tionem B. Pi devenirì posset; licet autem om-  
nes unanimi consensu affirmative respondissent,*  
adhuc tamen, antequam in tam arduo negotio  
quidquam decerneremus, denud superni luminis  
adjuutorum expeditem esse censuimus. At post-  
modum dictæ Congregationis Secretario, nec non  
Coadjutore Promotoris Fidei accitis die iv. Augu-  
sti MDCCX. Sancto Dominico Fundatori Ordini  
Prædicatorum sacræ, Beatum Pium V., non  
tam ad novum, ac præclarum decus præfati Ordini  
de Catholica Ecclesiâ optimè meriti, quam  
ad majorēm ipsius Apostolicæ Sedis honorem, &  
gloriā canonizandum, & inter Sanos referendū  
debet esse decrevimus.

¶. 49. Reliquum erat, ut accurata præmis-  
forum omnium relatio universo S. R. E. Cardi-  
nalium Collegio de more fieret; quod cùm recte,  
fideliterque præstisset tunc in humanis agens bon-  
me. Joannes Maria ejusdem S. R. E. Cardinalis  
Gabriellius nuncupatus pro Venerabili Fratre no-  
stro Gaspare Episcopo Sabini, dictæ S. R. E.  
Cardinali Carpino nuncupato præfate Congre-  
gationis Praefecto tunc agrotante, totius summæ  
Processus in Consistorio Nostro secreto die 20.  
Aprilis proximè præteriti habito plenè relatâ, re-  
liqui

II. Farinæ  
per ampla, &  
mirifica Mu-  
lificatio.

Quibus ad-  
missis Beato-  
rum Catha-  
logo Pium  
adscriben-  
dam prævio  
voto S. Con-  
gregatio-  
nis, eique cultum  
publicè exhibi-  
bendum Pon-  
tificio cruci-  
culo faci-  
tur.

Novi compli-  
cantur pro-  
cessus de su-  
perventis  
post indul-  
tan venera-  
tionem, eo-  
rumque va-  
liditas appro-  
batur.

Et duo mira-  
cula in eis  
contenta ad  
mittuntur.

I. Instanta-  
neæ sanatio-  
nis à diutu-  
na Paralysi.

II. Instanta-  
neæ emis-  
sionis foetus in  
utero præ-  
mortui cum  
præservatione  
Genitricis  
Auditis de-  
super confes-  
tis suffragiis,  
& implorato  
divino auxi-  
lio.

Pontifex ap-  
probat dd.  
miracula, &  
audio voto  
Congregatio-  
nis Genera-  
lis coram eo  
habita, im-  
plo: atque  
iterum divi-  
no lumine B.  
Pium inter  
Sanctos refe-  
rendum de-  
ceruit.

Facta om-  
nium Præmis-  
forum relatione in Con-  
sistorio secr-  
to unanimi  
Cardinalium  
voto ad so-  
lemnum Ca-  
nonizatio-  
nem deveni-  
tut.

liqui omnes Cardinales, qui tunc aderant, unanimi voce dixerunt sibi placere, quod Nos ad sommum Beatii Pii Canonizationem deveniremus.

Exhortatio  
facta per  
Pontificem  
in Confis-  
torio publico.

**S. 50.** Quocirca sequenti publico Consistorio, in quo dilectus Filius Marcellinus Corius Aula nostrae Confistorialis Advocatus pro eadem Canonizatione luculentiter peroravit, ac nomine totius Ordinis Prædicatorum, ut ad eam procederemus, humiliter supplicavit: Nos attenâ rei gravitate, Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos ibidem præfentes omni animi contentione hortati sumus, ut orationibus, jejuniis, & elemosynis sedulè incumberent, quo divina voluntas clarius Nobis elucesceret.

**S. 51.** Deinde in semipublico Consistorio, vocatis non solum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis prædictis, sed etiam Nostris, & Sedis Apostolica Notariis, Prothonotariis nuncupatis, ac Palati Nostris Apostolici Caſariorum Auditoribus de more præsentibus, plura à Nobis de eximia Beati Pii sanctitate, ac miraculis commemorata fuerunt; cumque omnes concorditer ad eus Canonizationem deveniendum esse suffragiis suis aperte censuerint; Nos unani- mi eorum consensi auditio, aperimus nos Nostrum in Benedictionibus, ac Dei nutum, & voluntatem secuti, justum, & debitum esse censes- tes, ut quos Deus honorat in Cœlis, Nos veneracionis officio laudemus, & glorificemus in Ter- ri, diem celebrandas Canonizationis indiximus, cunctos adhortati, ut in orationibus, jejuniis, & elemosynis perseverantes, Spiritus Sancti gratiam Nostræ humilitati in tam alto negocio im- petrare studeant.

**S. 52.** Demum peractis omnibus, qua ex Sanctorum Patrum authoritate, Canonis Sanc- tionibus, S. R. E. antiquâ confuetudine, ac no- vorum Decretorum præscripto agenda, & obser- vanda erant, hodie, hoc est Fatto Sanctissima Trinitatis, in Sacrosancta Beati Petri Apostolorum Principis Bafilicâ, in quâ solemniter cum Car- dinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episco- pis supradictis, nec non Dilectis Filii Romanæ Curie Prælatis, Officialibus, & Familiaribus No- stris, Clero Seculari, & Regulari, ac maximâ po- puli frequentiâ mane convenimus; post repetitas a Dilecto Filio Nostro Annibale S. R. E. Diacono Cardinali Albano nuncupato, Nostro secundâ catenam ex Fratre germano nepote, per Marcelli- num Advocatum prædictis instantias illas, qua- dedum Sedi Apostolica à Catholicis Regibus, & Principibus pro Canonizatione hujusmodi porrec- tæ fuerant, Nobisque à præfato Ordine Fratrum Prædicatorum assidue porrigeabantur, post facios Hymnos; Litanias, aliasque preces decantatas, ac Spiritus Sancti gratiam humiliter imploratas; ad honorem ejusdem Sanctæ, & Individua Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicæ, & Christianæ Religionis augmentum; authoritate Domini Nostrj Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostrâ, matûra deliberatione præhabita, & Divinâ ope sepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Catina- lium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episco- porum in Urbe existentium consilio, Beatum Plum V. Sanctum esse decrevimus, & definivimus, ac Sanctorum Catalogo adscriptissimum, prout te- nore præsentum similiter determinimus; definitus, & adscribimus; statuentes ab Ecclesia universalis illius memoriam quolibet anno die v. Maii inter Sanctos Confessores Pontifices piâ devotione re- coli debere: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Die Domini-  
co SS. Trini-  
tatis fello  
servatis fer-  
vandis B.  
Plum Sanc-  
tum esse pro-  
nuntiat, &  
definit, ac  
Sanctorum  
Catalogo  
adscribit:

confessis, qui annis singulis dictâ die v. Maii ad Sepulchrum, in quo ejus Corpus requiescit, visi- tandem accesserint, septem annos & totidem quadragena de injunctis eis, aut aliâ quomodolibet debitis pœnitentiis misericorditer in Domino rela- xavimus in formâ Ecclesiæ consuetâ.

**S. 54.** His peractis. Deum Patrem Ingenitum, Regemque Glorie Christum Dominum, Patris Filium Unigenitum, ac Sanctum Paracclitum Spi- ritum unum Deum, unumque Dominum laudi- bus, & confessionibus venerari, Sacroque Hymno Te Deum magnâ cum animi Nostrâ exultatione decantata, Patri misericordiatum, & Deo totius consultationis gratias agere non cessavimus, quod Sanctissimum hunc Prædecessorem Nostrum in prospectu omnium gentium honoriscaverit, eumque Nobis dederit in hac tribulationum Nostra- rum nocte, tanquam Solem fulgentem in Templo suo, ut qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus, in tempore iracundiae fieret reconciliatio. Missam deinde ad Altare S. Petri Apo- stoli ejusdem Bafilicæ solemniter de more celebra- vimus, omnibusque Christifidelibus ibidem præ- sentibus plenaria omnium peccatorum suorum Indulgentiam concessimus.

**S. 55.** Ceterum, quia difficile foret, præ- fentes ad singula loca, ubi opus esset, deferri; volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem ubique fides adhibeatur, que eis- dem præsentibus adhiceretur, si exhibitæ essent, vel ostenderentur.

**S. 56.** Nulli ergo omnino Hominum licet hanc paginam Nostrorum Definitionis, Decreti, Adscriptio- nis, Mandati, Statuti, Relaxationis, Concessionis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerari contraire; Si quis autem hoc attentare præsumperit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac eorumdem Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Do- minica Millesimo septingentesimo duodecimo, Undecimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostrj Anno Duodecimo.

Ego CLEMENS Catholicæ  
Ecclesiæ Episcopus.

Hujus Bullæ  
transumptis  
fidem adhi-  
beri mandat.

Sanctio pœ-  
nalis.

† G. Card. Marescotti.  
† F. Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card.  
Astallius.

† Jóseph Tit. S. Mariae Transpontina Presbyter  
Card. Sacripantes.

† F. Tit. SS. Jo. & Pauli Presbyter Card. Pau-  
luti Major Pœnitent.

† Laurentius Tit. S. Susanna Presbyter Card.  
Corsinus.

Indulgen-  
tiam conce-  
dit visitanti.

**S. 53.** Parique auctoritate omnibus utrius-  
que sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, &

Bullara Romæ Continuat. Pars II.

- † Franciscus Tit. S. Ceciliae Presbyter Card. de Acquaviva.  
 †  
 † Philippus Tit. S. Chrysogoni Presbyter Card. Gualterius.  
 † J. Tit. S. Mariae Angelorum Presbyter Card. Vallemarus.  
 †  
 †  
 † C. A. Tit. S. Augustini Presbyter Card. Fabronius.  
 †  
 †  
 †  
 †  
 †  
 †  
 †  
 †  
 †  
 †  
 † Jo. Baptista e Societate Jesu Presbyter Card. Ptholomaeus.  
 †  
 † B. S. Mariæ in Viâ latâ Diaconus Cardinalis Pamphilus.  
 † Petrus S. Laurentii in Damaso Card. Ottobonus.  
 †  
 † J. R. Diaconus S. Georgii in Velabro Card. Imperialis.  
 † Franciscus S. Angeli in Fôto Piscium Diaconus Card. Barberinus.  
 † L. S. Nicolai in Carcere Tulliano Card. de Alteris.  
 † C. S. Mariae de Scalâ Diaconus Cardinalis Columna.  
 †  
 † Annibal S. Eustachii Diaconus Cardinalis Albanus.

Locus + Plumbi,

Joseph Card. Prodatarius.

F. Oliverius.

Vita de Curia pro R.P.D. Masserio

L. Sergardus.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

S. ANDREÆ AVELLINI  
Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, illiusque in Sanctorum numerum relatio.CLEMENS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI.*Ad perpetuam rei memoriam.*

**N** Unquam profecto, Divinâ favente bonitate, contigit, excitatis ab implacabilis Humani Generis Hostie procellis, dirisque tempestatibus, ita mare tumescere, ac inferniere, ut Apostolici Piscatoris cyma in altum jaestat, vel scopulis miserè allidat, vel in profundum naufragia demergatur: quinimo magis, magisque saevientibus fluctibus, ac ingruente Aquilonis turbine, extirri non raro solet amicum silus, suoque lumine offusis undequaque tenebris dissipatis, tutum iter, placidumque super instabilis elemento, despumanante furores suos, aperire, ac sternere.

**I.** 1. Hac sane ducti fiduciâ, quam Nobis Divina Oracula fecerunt, tot calamites, & acerba vulnera Christiana Reipublica difficultissimis hisce temporibus illata, alaci, erectoque animo cerebamus, sperantes a Deo misericordiarum, totiusque consolationis, ut Ecclesiam suam Sponsam intactam, & immaculatam praesenti auxilio fovere, ac erigere dignaretur, illud jugiter Divinum, interque amaros lachrymarum imbes Nobiscum recolentes promissum: *Porta Inferi non prevalebunt.*

**I.** 2. Affulxit tandem expectatum, optatumque è Cœlo Jubat, Nobisque, licet immerentibus, supernâ tamen dispensatione Catholicae Ecclesiae gubernaculo prepositis certam, firmissimamque in Domino spem excitat omnes Sæculi fluctus, & Tenebrarum potestates aspectus sui tranquillitate facile sedatum: etenim ex altâ Militantis Ecclesiae speculâ, sublimique Fidei, & Religionis Arce ad æternam illam, beatamque Patriam Cœlestis Hierusalem, quo corpore non fertur intutus, effuso translati desiderio amictum præ ceteris splendoribus, & triumphalibus laetitia coronis circumdatum, egregium, insignemque miraculis Virum ex inclita Clericorum Regularium Theatinorum nuncupata Congregatione Andream Avellinum stupore afflati conspeximus, quem, sicut dum in humanis ageret, sanctâ, piâque conservatione Animarum saluti, & Religionis incremento enixe, feliciterque consuluit, ita ab illâ immortalis securitatis regione Nobis militibus adfuturum hilati animo confidere incepimus.

**I.** 3. Hunc itaque insignem Christi Confessorem non mortalibus honoribus universo Christifidelium cœtui colendum exponere, Arasque, & supplicationes idem decernere cupientes, fusis noctu, dieque precibus, in jejunii, & lacrymis orantes, intensique cordis affectu Patrem Luminum deprecantes, utin re tam grandis momenti, & supra humanam conditionem positâ, mentem nostram cœlesti suâ luce perfundere, ac infundere dignaretur. Tandem infinitati nostræ suffragantibus universa Ecclesiae orationibus, piisque operibus ad id sedulò adhibitis, visum est Spiritui Sancto, qui in Nobis Divinâ miseratione operatur, & loquitur, lucernam ardenter super Ecclesias candelabro Andream Avellinum extollere, ut illum in Albo Sanctorum solemnî ritu translatum Christianus Orbis exoret, tantisque ingruentibus calamitatibus tutelam, validumque præsidium se habere apud Deum intelligat, & deprecari affluecat nuncupatione votorum.

**I.** 4. Gaudemus profecto, sanctâque in Domino Ejusdem Canonizatio.

Proœmium.

Ecclesia  
Cyma nun-  
quam demer-  
gitur.

Hac fiducia  
Pontifex  
ductus tem-  
porum pro-  
cellas suffi-  
nit impavi-  
dus.

Ad illas suffi-  
nendas B.  
Andreas A-  
vellinus è  
Theatinorum  
Congregatione præ-  
fidium cali-  
tus datum  
sperat.

Relaturus il-  
lum in Albo  
Sanctorum,  
orationes,  
jejunia, alia-  
que pia ope-  
ra adhibet.